gloria domini.
Quoniam excelsus dominus et humilia respicit: et al
ta a longe cognoscit.
Si ambulauero in medio tribulationis
uiuificabis me: et super iram inimicorum
meorum extendisti manum tuam et saluum
me fecit dextera tua.
Dominus retribuet pro me: domine misericordia
tua in seculum: opera manuum tuarum ne
despicias.
Domine probasti me et cognouisti
me: tu cognouisti sessionem meam et
resurrectionem meam.
Intellexisti cogitationes meas de longe:
semitam meam et funiculum meum inuestigasti.
Et omnes uias meas preuidisti: quia non
est sermo in lingua mea.
Ecce domine tu cognouisti omnia nouis
sima et antiqua: tu formasti me et posui

isti sup me manũ tuam.
Mirabilis fcã ẽ sciencia tua ex me: cõfor
tata ẽ ⁊ non potero ad eam.
Quo ibo a spũ tuo: et quo a facie tua
fugiam.
Si ascendero in celum tu illic es: si descẽ
dero in infernum ades.
Si sumpsero pennas meas diluculo: ⁊
habitauero in extremis maris.
Etenim illuc manus tua deducet me: ⁊ te
nebit me dextera tua.
Et dixi forsitan tenebre cõculcabũt me:
⁊ nox illuminacio mea in deliciis meis.
Quia tenebre non obscurabuntur a te: ⁊
nox sicut dies illuminabitur. sicut tenebre
eius ita ⁊ lumen eius.
Quia tu possedisti renes meos: suscepisti
me de utero matris mee.
Confitebor tibi quia terribiliter magnifi